Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



57

Item folia quercus et eius corticem medicamen coque in aqua et capiti lava exprimatur Anxu-
giam vetustam celidoniam sulphur sal tere et loco depilato super unge optimus luctatur
Aqua decoctionis foliorum nucis allopiticis vz et ceteras partes capillorum sanat et eos elon-
gat et crescere facit Rana in ursa alligata efficacissime sanat phisicus Item ad tineam el-
leborum album tritum cum anxugia porci pone super caput galli Item par caudam porci
calidam super emplastra per novem diebus post lava cum aqua frigida et sanabitur galli Item
limatura cornu cervi data potui cum vino non patitur lendes et pediculos esse multo
fortius ungentum gilbertus. Lendes occidimus cum omnibus amaris mundificativis id
Stafisagria vitrum auripigmentum cum aceto et oleo pediculos occidunt id Storax
sanguisuga si incendatur et sanguini porci commisceantur et caput illiniatur lendes vermes
pediculos pulices et viuere non permittunt Item Ad guttam rosaceam tollendam fiat
cum aqua lac de interioribus nucleis pinearum et pinguedo serenatas calido lacti
coniungatur et inungatur gutta rosacea absque dubio curabitur gerardus Stupha
facta cum palea ordei et avene malue et absinthii vz in Item unge hoc
ungento Recipe farinam ordei farina feni greci et storacem equali pondere et pulverem
ipsa et confice cum suco cepe et melle despumato Rogerus Contra guttam rosaceam in
veteratam Recipe camphore ʒ i borace ʒ ii farine ciceris rubearum ʒ iii confice
cum suco cepe et melle despumato Rogerus Leonis adeps cum oleo rosaceo cutem fa-
ciei sanat candorem quod conservat plinius Contra impetiginem faciei lactam vivam et
vitem albam coque in oleo usque ad ʒ as partem cola et adde ceram albam et unge quantum
est galli in dia. Radix lappacioli in aceto cocta et super impetiginem fricata
sanat in Radix plantaginis cum aceto et sale trita colere et de tali aceto
locus fricetur in eodem Ad rugas faciei tollendas de facie et omnem egritudinem
expellendam radix cucumeris agrestis teratur et cribellatur et misceatur cum aqua et
lavetur facies et hoc fiat per ʒ dies et habebitur mirus effectus galli. Ut totam
faciem facias candidam de sanguine thauri faciem linias malas tollit et lipidem
reddit in confimus columbinus in aceto tritus et appositus omnes maculas delet faciei
exprimatur Uva est quedam membrum a palato dependens in modum mamillarum
duo habet foramina frigidum et inferius frigidum amplum inferius angustum ne
in nimia quantitate fluant humores et sint causa nocumenti Officium eius est purgare caput
a superfluitate humiditatis unde et uva dicitur ad modum uve quia multa continet humiditatem
vel propter formam Est etenim frigidus latus inferius acuta quam ad modum uva relaxatur
aut quando ex humore flatico unde sequitur tussis impedimentum vocis et multa alia
sinthia quando tumet ex humore sanguineo vel flegmatico vel colerico raro autem
cum nunquam ex melancolico Inflacionem et relaxacionem visu deprehendimus ore lingua
cum digito inferius depressa sed ex quo humore fiat inflatio propter ipsa unius cuiusque
humoris signa cognoscitur Si enim sanguis sit in causa locus tumet et rubet cum dulcedine

De pediculis et lendibus

Contra guttam roseam

Ad rugas faciei

De uva